

BIBLIOTHECA  
DE LA  
LEXICON  
PARTICULARUM  
JURIS,

SEU

DE USU ET EFFICACIA QUORUNDAM

*Syncategorematum, & particularum indeclinabilium.*

IN USUM INPRIMIS PRAXI JURIDICÆ  
operantium,

*Tamq; causas in foro orantium, quam Consulentium  
& Judicantium;*

Ex penu

Dn. Johannis Strauchii JCti,  
& Antecessoris Salani concinnum,

M DC

LXXI.



FRANCOFURTI & JENÆ,

Apud Thomam Matth. Götzium, Bibliopolam.

~152.





*GENEROSISSIME atq; MAGNIFICE  
DOMINE*

**BERNARDE PFLUGI,**  
Toparcha in Posterstein, &c.

SERENISSIMI DUCIS SAXONIAE IN  
Aulâ Jencensi Patricie eminentissime &  
Præfecturarum Comes,

**MOECENAS MAXIME,**

**N**ON animus , sed occasio defuit , quo  
minus jam dudum eo munusculi gene-  
re Te , quo solent Mœcenates suos lite-  
rati ordinis homines , honorarem .  
Meruit affectus jamdudum vester , quo  
in me fuistis à primo in hanc Salanam  
ingressu vestro . Meruit summa tua benevolentia &  
comitas , quâ reducem ex secessu septenni in hanc Sa-  
lanam me excepisti , omnisque generis beneficiis cu-  
mulasti . Nolim tamen eorum æstimationem è char-  
tacei istius muneris pretio suspendi ; Quasi vobiscum ,  
vicissim sic mihi auctoritatis , paria facturus . Neque  
enim tanti est id genus scriptio . Verùm exstare à me  
debuit

# De usu & significatione particula- rum in jure.

## Litera A. incipit feliciter.

A.

**A**, est sigla nomen Augusti vel Auli repræsentans in jure, AA. August. AA. Augustalis. AAA. Augusti Vide *Val. Probum & P. Diaconum*, de notis Romanorum, quos habes in corpore Latinorum Auctorum, à Dionysio Godefredo editorum pag. 1452. ubi pag. 1528. & alias habetur Siglarum Index. Vide And. Tiraq. in *Rubr. ad l. Si unquam n. 3. C. de Rev. donat. pag. 2.*

2. Fuit hæc sigla etiam absolutio-  
nis nota, ut docet *Budeus in l. 2. ff. de O.I. ex Asconio in orat. pro Milone.*

3. Fuit nota in suffragiis & comitiis legum, quā cives repudiare roga-  
tionem significabant. Nam duæ ta-  
bulæ dari solebant, quarum in alterâ,  
U. R. id est, UTI ROGAS: In alterâ,  
A. id est, Antiquo, scriptum fuit.

## A. AB.

Hæc præpositiones adiunguntur vel  
verbis, vel nominibus. Et designant  
motum, qualis est causæ in effectum,  
vel terminum à quō ad quem;

1. Causam significant, ut possidere  
AB aliquo. l. 1. pr. & §. ult. ff. uti pos-  
sideret. legare AB aliquo. l. 6. ff. de aur.  
& arg. leg. Solvere AB aliquo. Iste  
enim alius est, qui facit ut possideas,  
legatum capias, aut numeros. Quem-  
admodum Ovidius *Metamorph. lib. 13.*

Occidit à forti, sic dicit voluntatis, Achille.

Cicer. 2. Acad. mare collucet à sole.

Plin. lib. 24. c. 5. Si caput à sole doleat.

2. Terminum à quo notat, sive sit  
locus, sive tempus, sive ordo, ut aquam  
à capite ducere, Ulpian. l. 1. de Aq. &  
Aq. quor. id est, ab eo loco, unde ori-  
tur aqua, à capite rationem reddere.  
l. quia à natura (alias, At quin natura)  
19. §. 1. ff. de N. Gest. Cicero, Verr. 5.  
Pecuniam numeravit ab ærario. Ad  
Attic. lib. 14. A me hoc illi dabis. Sic  
legare ab aliquo, est mandare heredi,  
ut legatum praestet; obligare ad præ-  
standum legatum. l. 2. ff. de aur. & arg.  
leg.

3. Et hunc terminum quandoque  
removet & excludit, quandoque in-  
cludit. Vcl, ut nostri loquuntur, stant  
interdum inclusivè, interdum exclu-  
sivè. Vide Magon. decis. 8. Rot. Flor.

4. Excludit, ut in l. scire. 13. (alias  
15.) §. aliud. 2. in f. ff. de excus. tut. l. me-  
minisse. in pr. & ibi Br. ff. de Offic. Pro-  
conf. Steph. Daoyz Pampilonensis vol.  
6. tit. A. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 11.  
n. 51. cum seqq. Rota divers. part. 1. de-  
cis. 710. n. 4. & par. 2. decis. 705. n. 2. Ma-  
gon. Florent. decis. 8. n. 7. vers. & ma-  
xime si terminus. Rebuff. in commen-  
tario ad tit. ff. de V.S. in l. 125. vers. ab eo  
pag. m. 482. Cosm. in pragm. Sanct. tit.  
de Collection. §. videlicet. verb. A. pag.  
231. Octavianus Vulpellius de Prapo-  
fit. Adp. & Conjurat. Signif. in dist. A.

## ALBERTUS DE PERGAMO

De

## PRÆPOSITIONIBUS.

*In nomine Domini amen!*

Tractaturus de verborum significacione ac dictiorum,  
quia præpositiones omnibus Orationibus præponuntur, utile existimavi  
ad hoc, ut nomina per propriam consequentiam trahantur, prius de  
præpositionum significacione tractare.

Ad, id est, intus.

1. C. de his, qui ad eccl. Conf. in rub.  
& nig. & ponitur inclusive. Item ad, i. e. juxta, ut ibi: *Maria stabat ad pedes Christi*, id est, juxta pedes, & est vulgare Longobardorum & colligitur de Consecr. ul. c. nunquam. Et ut non luxurietur contranatum, circa medium, & in Anth. de ap. S. ad bac ff. de Ser. urb. pred. l. quidam Hiberus, aliquando ponitur pro potest ff. de manu test. l. qui dnos. Interdum pro, propter. ff. de neg. gest. l. quæ utiliter, in prin. C. de superindic. l. unica lib. 10. Aliquando ponitur pro, Contra C. de nap. virg. l. i. in prin. C. de episc. & cle. l. raptiores. Aliquando conditionem facit ff. de cond. & demon. l. quibus diebus. §. fin. Aliquando pro, per, ut in longobarda. Item cum dicitur ad 16. annum pervenire i. e. ad XVI. annum completum, ff. de Cond. & demon. l. non putabam. Ubi exclusivè ponitur. Item cum dicitur, ad quos ea res pertineat, non continet Credi-

tores. ff. de Proc. l. non solum. §. queritur. arg. contra ff. de adul. l. si postularerit, & dic. i. e. non pertinere ad quem ea res pertinet. Item ad, id est, juncta hoc. in Anth. de ap. S. ad bac.

Apud.

3. De ista dictione habetur extra de de verb. signif. c. abbate. S. Silvani, ubi, donec apud monasterium. S. Bertini. &c. Item apud ff. de ver. sig. l. penesse. & l. is apud te. nam ibi hæc dictio nedum possessionem, sed &c detractionem significat, quia qualitercumque teneas apud te esse dicitur. Aliquando ponitur pro contra, ut cù dicitur, *Marcellus apud Julium*, ff. de pe. heredi. l. nec ullam. §. non solum ff. ad munici. l. de Jure. in princ.

Ante,

4. Si dicamus antequam, hæc præpositio ante, non demonstrat factum extra de ver. signif. c. quid dicitur. & 17. q. 2. primquam. Item i. e. ante. n. q. statuimus. Item huic dictioni, ante, si jungas tempus, ut quia dicitur ante,